



DICASTERIUM DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 62/24

**ORDINIS FRATRUM DISCALCEATORUM  
BEATÆ MARÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELO**

Instante Reverendo Patre Ioanne Davide Noguera López, Ordinis Fratrum Discalceatorum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo Procuratore Generali, litteris die 28 mensis ianuarii 2024 datis, vigore facultatum huic Dicasterio a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, perlibenter concedimus ut celebratio beatæ Annæ a Iesu Lobera Torres, virginis, in Calendarium proprium eiusdem Ordinis inseri valeat, die 25 mensis novembris gradu *memoriæ ad libitum* quotannis peragenda.

Insuper, textum orationis collectæ et lectionis alterius pro Officio Lectionis Liturgiæ Horarum in honorem eiusdem beatæ lingua *latina* exaratum, atque eius translationem in linguam *anglicam, gallicam, hispanicam* et *italicam*, prout in adiecto exstat exemplari, legitimis aptationibus recognitis, perlibenter confirmamus.

In textu imprimendo mentio fiat de hoc Decreto.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Dicasterii de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 15 mensis octobris 2024, in memoria sanctæ Teresiæ a Iesu, virginis et Ecclesiæ doctoris.

Arturus Card. Roche  
*Præfectus*

+ *Victorius Franciscus Viola*  
✠ Victorius Franciscus Viola, O.F.M.  
*Archiepiscopus a Secretis*